



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 35. Nonnulli ad conficiendam Decreti formulam nominati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.  
A. C. 1439.

tion Nicænus anathema in eos, qui huic decreto refragarentur, fulminari postularent, Trapezuntinus Archiepiscopus, & Protosyncellus fortiter obluctati sunt, eorumque sententiæ Imperator quoque accessit.

§. XXXV.

*Nonnulli ad consiciendam decreti formam nominati.*

Tandem post colloquia admodum frequentia, in quibus dissidentium animos in unum cogere, non parvi erat negotii, quædam literarum unionis forma concepta fuit, quæ etiam perfecta demum communi utriusque partis consensu approbata est. Ergo ex tribus illis Synodi Ordinibus quatuor nuncupantur Delegati, qui concordiæ hujus Bullam instruerent. Horum prima classis Cardinales, Metropolitans, & Episcopos, secunda, Ordinum Generales, Abbates, atque Religiosos, tertia demum Doctores, aliosque Ecclesiastica dignitate conspicuos complectebatur. Integro octiduo insudatum est huic operi, cum singulis diebus bina vice in unum convenirent. Denique in Congregatione Generali die quarta Julii Bulla præsentibus summo Pontifice, & Imperatore perfecta, & universali omnium applausu approbata est, quam & biduo post in postrema Latinorum, atque Græ-

Handwritten notes in the right margin, including the word 'Congregatio'.



Sæcul. XV.  
A. C. 1439.

Græcorum Sessione, solemnī ritu publicandam esse decreverunt. Cum veropapa in decreto nihil omnino de consecrationis forma apponi voluisset, nisi Græcise etiam in hoc articulo Latinorum sententiæ accedere publice profiterentur omnes Græciæ Patres, paucis exceptis adversa valetudine præpeditis, ad summū Pontificis Palatium accesserunt, & Bessarion omnium nomine, præsentibus sanctis Cardinalibus, aliisque Prælati Congregatis, ejusmodi sententiæ declarationem pronuntiavit.

## §. XXXVI.

*Bessarionis Nicæni declaratio, Græcorum nomine.*

*Acta Horatii Justiniani Collat. 22. num. 9 ex to. 13. Labbe Conc. p. 1163.* Beatissime, & sanctissime Pater, & reverendissimi Cardinales, & omnes præsentis reverendissimi Domini, & Patris Quoniam in præcedentibus Congregationibus inter alias discussiones de differentiis inter nos & Ecclesiam nostram non credere sacramentum pretiosissimum confici per certum Dominum nostri. Propter hanc causam beatissime Pater, adsumus, ad certificandum sinceritatem vestram, aliosque Reverendissimi Patres, quod ab omnibus S. Doctõribus, maxime ab illo beato Joanne Chrysostomo non